Hec indentura facta inter Ricardum priorem prioratus domus et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Bykenacre in comitatu Essexie et eiusdem loci conventum ex una parte et Johannem James juniorem de
Esthanyngfeld husbondman ex altera parte testatur quod predicti prior et eiusdem loci conventus unanimi assensu concesserunt tradiderunt et ad firmam dimiserunt prefato Johanni James totum illud tenementum
suum vocatum [illegible] cum suis pertinentiis in Esthanyngfeld predicta excepto uno [illegible] Johannis de [illegible] et Waltero Jelonys [illegible] et [illegible] dictorum prioris et conventus et successoribus suis
omnino [illegible] habendum et tenendum totum predictum tenementum cum omnibus suis pertinentiis except[is] [pre]exceptis prefato Johanni et assignatis suis a festo Sancti Michaelis Archangeli proximo futuro post datum presentium usque ad finem termini xiii
annorum extunc [illegible] et plenarie complendorum reddendo inde annuatim durante termino predicto prefatis priori et conventui et successoribus suis in prioratu suo predicto quatuor libras octo solidos et octo
denarios sterlingorum necnon novem quarteria frumenti boni et mercandizabilis ac duodecim quarteria avene mercandizabilis ad duos anni terminos videlicet ad festa Annunciationis beate Marie virginis et Sancti Michaelis
Archangeli per equales portiones ac [illegible] et colendi [illegible] [illegible] de eodem tenemento exeuntibus durante toto termino predicto sumptibus suis propriis Et bene licebit dicto Johanni et assignatis suis
capere [illegible] terram tenementi predicti annuatim [illegible] ploughbote et fyrbote racionabiliter per assignacionem prioris vel [illegible] et temporis existentis per visum suum per totum dictum terminum [illegible]
tenementi expendenda et non alibi Et predicti Johannes et assignati sui habebunt annuatim durante termino predicto de prefatis priore et conventu et successoribus suis quatuor solidos in moneta sibi allocatos
[illegible] et prefati prior et conventus et successores sui totum dictum tenementum cum suis pertinentiis in omnibus et per omnia sumptibus suis propriis et expensis bene et competenter reparabunt sustentabunt et eidem
tenebunt ac contra ventum et pluviam defensibile facient per totum dictum terminum xiii annorum toto excepto [illegible] omnium domorum eiusdem tenementi [illegible] [illegible] tantummodo
excepto quod dicti Johannes et assignati sui sumptibus eorum propriis invenient per totum dictum terminum Et non licebit dicto Johanni nec assignatis suis dictum tenementum cum suis pertinentiis nec aliquam inde parcellam alicui dimittere
sine consensu dictorum prioris et conventus aut successorum suorum Et si contingat dictam annualem firmam quatuor librarum octo solidorum et octo denariorum novem quarteriorum frumenti et duodecim quarteriorum
avene aretro fore in parte vel in toto per unum mensem vel [illegible] post aliquod festum festorum predictorum extunc bene licebit et licebit prefatis priori et conventui et successoribus suis in predictum tenementum
cum omnibus et singulis suis pertinentiis intrare et distringere districtiones sic captas licite abducere [illegible] [illegible] et penes se retinere quousque de predicta firma sic aretro existente cum arreragiis
eiusdem [illegible] [illegible] plenarie fuerit satisfactum Et prefati prior et conventus et successores sui totum predictum tenementum cum omnibus suis pertinentiis except[is] [pre]exceptis prefato Johanni et assignatis suis modo et
forma predictis contra omnes gentes warantizabunt et defendent durante toto termino predicto In cuius rei testimonium tam sigillum commune dictorum prioris et conventus quam sigillum predicti Johannis
presentibus indenturis alternatim sunt appensa Datum in domo capitulari predicti prioris et conventus vicesimo sexto die Septembris Anno regni Regis Henrici sexti post
conquestum [illegible]decimo

Dimiss [illegible] [illegible]
in Westmynster

20 Sept. 12 Hen. 7

No. 9

[illegible]